



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

9. De conse[n]su pare[n]tu[m], an is necessarius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

sientis & plena libertatis, non verò jure naturali aut divino praeclere, ex defectu libertatis, ut vult Covar, quia quæ metu sunt, sunt absolute libera, possuntque esse meritoria vel demeritoria, licet secundum quid sint violenta ex 8. Et sic c. t.

Nihil autem interest, an contrahens sua culpa, an aliena inciderit in hunc metum, ut pareat in eo, qui deprehensus in stupro cum puella ad matrimonium cum ea contrahendum stricto pognoe adigitur d. cap. *Veniens* 15. *junctio* d. cap. *Cum locum hoc e.* dummodo incusus merus in justè fuerit in ordine ad extorquendum consensum matrimoniale. Nam si quis justè adjudicatus suspendio ob metum mortis cum mere trice vel alia simili persona, ut subinde sit, contrahat, vel per excommunicationem cogatur contrahere eum ea, cum qua se contracturum juravit, tenet matrimonium.

5. Ajusto verò metu recessum videbitur, si metum paetus passave sponte alteri contrahentium cohabitaverit. Ad id 21 b. s. aut corpus illius commiscuerit: conyalescit enim ejusmodi matrimonium novo succedente consensu liber, saltem tacito.

6. Cæterum vanus timor matrimonio contrahendo nihil obest. I. *Venit timoris* 84. D. *de Regula Iuris*. Cujusmodi esse metum reverentiam venius viderut, quo filius vel filia ob reverentiam parentum, nullis verbis, minis, aut alio justo metu, adacta in matrimonium obligatum consentit, arg. l. Si pater cogente 22. *de ritu nupiarum*.

§. IX.

De consensu parentum, an is necessarius.

1. *Iure Civili* necessarius est.

2. *Iure Canonico* de honestate dumtaxat.

1. Differunt hac in parte Jus Civile & Canonicum. Nam Civile eorum, in quorum potestate contrahentes, consensum, & quidem præsumit exigit, *Institut. de nupt. in princ.* adeò ut licet nupia sine parentum consensu contractæ, hoc iure, contemplatione publicæ utilitatis, non dissolvantur, *Paulus* 2. *Sent. Tit.*

20. nihilominus tamen injustæ atque illegitimæ, injustique & illegitimi ex eis suscepiti liberi cœntantur, l. *Paulus* 11. D. *de statu hominum*. Impunitamē tamen filii filiae sine patris, in cuius sunt potestate, consensu contrahant, si is ante vicesimum quintum annum ætatis conditionem eis non querat, aut injuria prohibuerit ducere uxorem vel nubiles, l. cap. 19. *de ritu nupt. vel patrem furor occupet, Institut. de nupt. in princ. vel captivitas*, l. *Si ita 9. I. seq. D. d. t. Matris curatorum, & aliorum, in quorum potestate non sunt contrahentes, consensus nō videtur necessarius*, l. *In copulanda Cod. de nuptiis*. Similiter filius filiae emancipata sine consensu patris uxori ducere & nubere potest, l. *Filius 25. D. de ritu nupt. nisi æta teaduic minor sit, hocenim casu lex assensum patris exigit*, l. *In conjunctione 10. C. de nuptiis*, licet vidua sit, l. *Vidua 18 Cod. cod. Præsumitur autem consentire pater, favore matrimonii, qui sciens illud contrahere non contradicit*, l. § 1 D. *de sponsal.*

2. At verò Jure Canonico honestum quidem est adhibere consensum parentum, e. i. *inf. de sponsal. impub.* Idque suader ratio naturalis. Et quidem multo magis expedit adhibere in matrimonio, quam in sponsalibus, propter indissolubile vinculum, quod inducit, ut ubi periculum majus intenditur, cautius etiam agatur. *Vbi periculum 3. de elec. in 6. maximè ex parte filiarum, quatuor sexus & infirmitas paternæ prædictæ vel juris subsidium desiderat*, l. § 2. D. *Ad S. C. Vellejanum*, quippe qua plerumque maiorum oscillatione adversus propria commoda consensum præbent, l. *Si pater Cod. de sponsal.* Indeque sit, quid multi Canones matrimonia sine consensu parentum contracta damnant, ut can. *Nostrates & alii* XXXII. q. 2. Veruntamen id necessarium non est, sed sufficit consensus eorum, qui contrahunt, ut pater ex eum *Sufficiat XVII. q. 2. & Conc. Trid. Sej 14. c. 1 de reform. matrim.* ubi auathemate damnant affirmantes, matrimonia à filiis sine consensu parentum contracta esse irrita, & parentes ea ratificare vel irrita facere posse, ed quidem matrimonia debeant esse libera. Cui favet etatio, quid in iis, quæ ad Sacra menta pertinent, non consideretur patria potestas, e. fin. *de judicis in 6.* Hinc merito Covar. 2. p. *de sponsal.* c. 3. §. 5 docet, filiam sine consensu patris nubentem non posse exhereditari, licet turpi, vel indigno nubat, ante ætatis

annum **xxv.** quantumvis pater velit eam tradere æquè digno, coniuga constituta dote: quia nemini facit injuriam, qui jure permittente matrimonium contrahit; & alias tolleretur aut plurimum ministeretur libertas, ad matrimonium à Jure Canonico requisita.

§. X.

Quinam matrimonium contrahere possint.

1. *Quidam prohibentur natura, quidam lege.*
2. *Impedimenta dirimentia matrimonium contrahere possunt.*
3. *Impedimenta contrahi impedientia,*
4. *De hermaphrodito.*

Circa requisita ad contrahendum matrimonium restant personæ contrahentium. Contrahere possunt, quicumque in legitima ætate constituti consentire possunt, modo non prohibeantur. Est enim edictum de matrimonio contrahendo prohibitorum, ut quicumque non prohibentur, per consequentiam admittantur, cap. Cum apud 23 hoc sit

1. Prohibent autem aliqui aut naturā, ut fur, osi durante furore, & *Dilectus* 24. h. tit. Alioquin intervallo lucido furiosus contrahere potest, nec contractum superveniente furore dissolvitur: item impuberes, nisi malitia suppletat ætatem; & impotentes, l. *In causis Cod. de repudiis.* Aut lege, caue vel naturali, vel divina aut Ecclesiastica. Nam licet Ecclesia matrimonii naturam, ut est Sacramentum, immutare non possit, tamen, quatenus est contractus, certas leges ac solemnitates ad illud contrahendum potest praescribere: quia Christus evehens matrimonium ad rationem Sacramenti, statuendo ut omnis legitimus matrimonii contractus inter fideles, id est baptizatos, sit Sacramentum, nihil immutavit circa matrimonium, ut est contractus: nec definit, qualis & quis esse debeat hic legitimus contractus: necitem quæ personæ essent legitime vel illegitimæ ad eum celebrandum: sed id reliquit humanæ potestati.

2. Et ideo potest Ecclesia aliquos ab eo contrahendo submovere: prout etiam submover, constituto duplici impedimentorum genere, uno dirimentium, ut vocant, altero impedien-

tium contrahi, non tamen dirimentium contractum. Impedimenta dirimentia, secundum ius antiquum duodecim affligantur contenta his versibus.

*Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cuius diff. ritus, vis, ordo, ligamen, honestus,
Si sis afflissus, si forte corne nequibus,
Hoc so. ianda vetant, connubia facta retrahant;*

Quibus Tridentina Synodus adiicit clandestinum matrimonium.

Impedimenta vero, quæ matrimonium contrahere impediunt, non tamen diriment contractum, sunt duplicitis generis. Quædam enim non consurgunt ex criminis aliquo, & sunt quinque, his versibus contenta.

*Ecclesia veritum, nec non tempus fieriatum,
Atque Cashechismus sponsalia, jungit votum,
Impeditum fieri, permitunt facta teneri.*

Alia ex crimine proficiuntur, & sunt septem comprehensa his versibus:

*Incestus rapitus sponsata, mors mulieris,
Suscepit propria soboie, mors presbyteralium,
Vel si paenitentia sollemniter, aut Montalem,
Accipias, prohibens haec conjugium faciandum.*

De quibus omnibus agerem eo ordine, quo proposita sunt, nisi propositum esset sequi ordinem Titularum, qui in Decretalibus sunt.

4. Quantum autem ad hermaphroditum attinet, cum judicandus sit vir vel feminina, secundum sexum in eo prævalentem l. *Quinque D. de statu hominum*, si virilis prævaleat lex, vir judicandus erit, & uxorem ducere potest si fœminens prævaleat, viro nubere, *Gloss. in eam. Si testes in V. ad testimonium* iv. q. 3. Et si iuxta alium sexum contrahat, matrimonium est intentum, & quidem jure naturæ, tanquam intentum inter personas ejusdem sexus. Quod si uterque sexus sit æqualis, poterit eligi sexum quo uero malit, & restitujo incertum, quod in posterum non nisi semel electo utetur, secundum quem elegit, matrimonio jungi. Vide *Sanchez de matrimonio lib. 7. Diffut. 16.*

¶ (†) §.

TITU-